

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Accidia g  
cum fonte primo

Non dormientibus prouenit regnum celorum, nec ocio et desidia torpentibus beatitudo eternitatis repromittitur.

Leo papa in sermone de apparicione.

Non enim dormientibus prouenit regnum caelorum, nec otio desidiaque torpentibus beatitudo aeternitatis ingeritur,  
sed quia, sicut ait Apostolus, *si compatimur et conglorificabimur* (Rom. 8:17), illa nobis currenda est *via* quam ipse Dominus se esse testatus est, qui nobis nullis operum meritis suffragantibus, et sacramento consuluit et exemplo, ut in adoptionem uocatos per illud proueheret ad salutem, per hoc inbueret ad laborem.

Leo Magnus, *Tractatus septem et nonaginta*, 35 (CCSL 138, A. Chavasse ed., pp.191-2, ll.83-90).